fuit iniunctum et provisum aut per deputandum ad hoc specialiter per dominum nostrum papam
vel nos. Item quod ipsa civitas Eugubii et eius comitatus et districtus regatur et guber-
netur illis statutis ordinationibus et reformationibus que vigebant in dicta civitate tempore dicte
novitatis vel secundum statuta et ordinamenta fienda per preceptum dominum papam vel eius mandato
aut nos seu mandato nostro, sublatis et annullatis omnibus aliis factis a tempore dicte no-
vitatis citra usque ad adventum Comitis Karoli de Dovadola paciarii et reforma-
toris dicte civitatis transmissi per nos ad civitatem predictam nisi in eo in quo per dominum
nostrum papam aut per nos esset aliter expresse provisum. Legem aut constitutionem eiusdem
domini nostri pape [illegible] nostre provisionem et decreta nostra in omnibus aliis prevalere. Item
quod avere pecunia et introitus dicti communis perveniant integraliter et pervenire debeant
ad manus camerarii dicti communis et ad ipsius communis introitus mitti et describi, que debeant
expendi in necessitatibus et expedientibus dicti communis secundum formam statutorum et ordinamentorum dicti
communis vigentium tempore dicte novitatis et non aliter, reservato semper arbitrio domini nostri pape et
arbitrio nostro seu deputandorum ad hoc specialiter per dominum nostrum papam aut per nos.
Item quod in dicta civitate vel eius comitatu aut aliquem pro civitatis vel comitatus eiusdem
non imponatur vel imponi possit aliqua gabella prestantia imposita vel [illegible]
tum nisi sicut quod deliberatum fuerit legitime per consilium ipsius et centum de ipso maio-
ris [illegible] civitatis predicte, reservato semper in hoc arbitrio domini nostri pape et nostro ut superius
[illegible] capitulo continetur. Item quod civitas ipsa regatur ad populum secundum formam traditam ex
dictis statutis ordinamentis aut reformationibus vigentibus in dicta civitate tempore novitatis et
predicte et cum consiliis antiquis et curia que erant tempore dicte novitatis, salva provisione
domini nostri pape et nostra vel alterius nostrum que habeat derogare in eo in quo dominus noster papa
aut nos duxerimus providendum. Item quod omnes officiales forenses qui erunt in
ipsa civitate finito eorum officio debeant sindicari et sindicentur et respondeant de eorum
administratione officii secundum formam statutorum et ordinamentorum dicti communis in ipsa civitate per
sindicos deputandos per dominum nostrum papam aut nos. Item cum multe occupationes
et occupationes rerum et bonorum sint facte in civitate et comitatu Eugubii per tempus actum in ab-
sentiis possessorum eorundem indebite et iniuste tam per intrinsecos quam per extrin-
secos in castris detentis per eos, duximus providendum quod res ipse et [illegible] per eos
et bona extantia cum fructibus presentis anni restituant et relaxent hiis qui eas
possidebant tempore novitatis predicte vel eorum heredibus aut legitimis successoribus, et
ad predicta rector sive vicarius qui erit in civitate predicta [illegible] possit
et debeat summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii [illegible]
tibus premissis. Item cum multe sint late sententie tempore dicte novitatis citra
in dicta civitate tam civiles quam criminales [illegible] processus [illegible]

et iniuste eam apprehendendi et occupandi bona spoliatum pro et manie exe
titiorum et potentium qui tunc erunt pro tempore in defensum providendo duximus
quod omnes processus et sententie et omnes et singuli actus iudiciarii facti a tempore dicte novi
tatis citra usque ad adventum comitis karoli sint ipso iure nulle et nullius ip
viribus habeantur et quicquid secutum est ex eis vel ob eos reservato omnibus
omni alio suo iure agendi seu petendi coram rectore deputando pro dominum et
vicem propriam aut per alios in ordinario iudicio. Item cum multa ordinata facta
dicantur in ipsa civitate a tempore dicte novitatis citra usque ad adventum dicti comitis
karoli que tendunt ad preiudicium dicti communis et singularium personarum ipsius. Cum comitis
karoli adventus ad ipsam civitatem sint et esse intelligantur quo ad omnia supradicta
tempus de mense Julii proxime elapsi ipsi civitati et ipsius communis [illegible] personis et
duximus salubriter providendum quod omnia et singula decreta et reformationes seu ordinata
et mandata et quo alio nomine censeantur facta et facte a tempore dicte novitatis citra usque ad ad
ventum dicti comitis sint et esse intelligantur ipso iure nulla et nullius valoris et quicquid
secutum est ex eis vel ob ea. Item quod rectores qui erunt pro tempore in dicta civitate
habeant plenum et liberum arbitrium ad reinveniendum et restituendum faciendum res
iura scripturas massaritias arnensis communis Eugubii et ad petendum procedere possint et
teneantur summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii et debitores seu tene
tores cogere et penas et mulctas indicere sicut quod sibi videbitur expedire et procedere summa
rie et de plano. Item cum in civitate et comitatu predicto sint quamplures et maxime
pupilli mulieres que per metum et timorem et aliquos pro corporis cruciatu sunt coacte
ad obligandum se et sua et ad sua bona alienandum et in alios transferendum [illegible]
duximus providendum quod dictus rector seu rectores vel vicarius qui erunt pro tempore ha
beant arbitrium et liberam potestatem procedendi diffiniendi et declarandi super
alienationibus et obligationibus et actibus simulatis vel per vim vel metum vel exactionem aut
simulate factis seu factas dicerentur a tempore dicte novitatis citra et ad petendum possint et
teneantur procedere summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii et iuris et
solempnitatibus pretermissis statuto vel iure aliquo in contrarium loquente non obstante
[illegible] tamen ordine observato. Item quod omnia castra et fortilitie communis Eugubii devenerint
aut devenire debebunt et sic si volumus realiter et cum effectu sub custodia et protec
tione [illegible]. Item cum plures fortilitie et munimina fortilitiae sint
facte et facta in castris et districtu Eugubii a tempore dicte novitatis citra que [illegible] sunt
popularibus [illegible] civitatis predicte terrorem et suspicionem inducere et quorum custo
dia si vel [illegible] non possit sine magna [illegible] expensa communis predicti duximus pro vi
dendum quod omnes et singule fortilitie et munimina facte et facta in comitatu predicto
a tempore dicte novitatis [illegible] tollantur et removeantur et reducantur ad statum et esse in quo
erant [illegible] communis ad fortilitias et munimina. Item attendentes et
[illegible] ipsius volumus [illegible] de rectoribus et sti
pendiariis [illegible] quod esse non possit sustinere expensas super quibus a
comite supradicto [illegible] per communis volumus informari. Item [illegible]
[illegible] a tempore dicte novitatis citra occupata [illegible]
pro quae bonis [illegible] civitatis [illegible] dampna [illegible] patiuntur duxi
mus providendum [illegible] rectores seu vicarii qui erunt pro tempore in dicta civitate possint
et teneantur [illegible] omnes et singulos qui occupaverint vel subripuerint aliquid

contractus vel iniustia necnon omnes et singulos qui teneant vel habeant [illegible] certus vel iniusta alicuius novi vel alterius fidelis pre sive decessit sive vivat et tenentes vel habentes cogere realiter et personaliter ad restitutionem ipsorum et in predictis summarie et de plano procedere et penas et multas indicere et apponere sicut quod ipsi rectori de hoc cognoscenti videbitur expedire. Item quod in civitate et districtu Eugubii non possit publice edificari vel castrum aliquod fortilitium turris sive rocha sine expressa licentia domini nostri pape aut nostri vel aliorum legatorum apostolice sedis qui pro tempore fuerint. Item quod dicti rectores seu vicarii qui erunt in dicta civitate pro tempore habeant ipsi ad quorum eorum arbitrium et occupantes vel occupatas tenentes aliquas res vel bona alicuius monasterii vel ecclesie aut hospitalis vel qui ipsas res vel bona indebite habeant vel teneant et ipsos tenentes habentes vel occupantes cogere ad ipsorum bonorum restitutionem cum fructibus inde perceptis summarie et de plano realiter et personaliter sine strepitu et figura iudicii. Insuper habeant dicti rectores et vicarii et quilibet eorum arbitrium in casibus ultra suprascriptos casus expressos et specialiter tamen [illegible] et singulos turbantes vel turbare attemptantes statum pacificum dicte civitatis et contra [illegible] civitatis eiusdem. Item et proditores. Item et depredatores et latrones necnon raptores virginum et monialium homicidas et per violentiam cognoscentes mulierem quamcumque. Item quod in dicta civitate comitatu et districtu Eugubii fiat impositio et receptio gabellarum dicti communis sicut quod declaratum ordinatum seu reformatum erit per suprascriptos vicarium et confalonerium et consules et consilium populi et centum de populo maioris firme et capitaneum artium et consilii maioris dicte civitatis Eugubii et secundum eorum declarationem debeant exigi et colligi in communi predicto. Item quod nulla persona cuiuscumque status vel condicionis existat possit deferre per dictam civitatem vel burgos aliquod genus armorum, exceptis stipendiariis [illegible] declarandis et deputandis per dictum vicarium vel rectorem aut per dominum nostrum papam vel per legatos. Possit tamen rector vel vicarius predictus qui pro tempore erit concedere licentiam portandi contra fures latrones gorgeria et cervellerias hiis quibus eidem vicario vel rectori videbitur expedire et sicut quod expedire crediderit. Item quod comes vicarius suprascriptus una cum dictis confalonerio et consulibus dicte civitatis habeat arbitrium creandi et constituendi officium confaloneriorum et consulum pro duobus annis et consilium populi dicte civitatis per sex menses tunc proxime sequentes, que sic debeant post reingressum vel licentia ingressus confirmatorum per consilium civitatis predicte. Dat. [illegible] quintadecima mensis augusti pontificatus domini Innocentii pape VI anno secundo.

Copia seu tenor littere domini Bituricensis super publicatione dictorum statutorum.

Petrus miseratione divina et sancte matris ecclesie [illegible] urbis provincie patrimonii beati Petri in Tuscia, Spoletani ducatus, Campanie et Maritime, necnon civitatum Perusine et Tudertine ac ipsarum comitatuum et districtuum necnon aliarum terrarum pro domino nostro papa et sancta Romana ecclesia in quibus vicarius generalis. Dilecto nobis in Christo viro domino Petro [illegible] archidiacono [illegible] consiliarius civitatis Eugubii [illegible]. Propter dilectorum nostrorum comunis et bonorum dicte civitatis exhibita nobis petitio continebat quod statuta dicti communis approbata olim per bone memorie dominum Sabinensem tunc apostolice sedis

Legatum adeo sint in publicatione deleta quod legi et discerni non possint et per
mortem notarii scriptoris dictorum statutorum publicatio ipsa revelari non possit nobis
humiliter supplicarunt ut circa predicta eis de oportuno remedio providere de singulari
gratia dignaremur. Quorum supplicationibus inclinati vobis de cuius approbate prudentie et
circumspectionis industria plenam in domino fiduciam obtinentes apostolica auctoritate qua in
hac parte fungimur presentium tenore committimus et mandamus quatenus inspectis particulariter et
distincte statutis predictis ipsa statuta et capitula singula eorumdem ut premittitur approbata
per prefatum dominum Sabinensem dummodo non sint contra ecclesiasticam libertatem bonos mores
vel iura camere per unum notarium quem ad hoc specialiter deputandum [illegible] faciatis solempniter
hiis debitis observatis subscribi et auctentice publicare. Ceterum quicquid circa
publicationem dictorum statutorum feceritis gesseritis et mandaveritis ratificantes
emologantes et tenore presentium approbantes volentes ac mandantes ut dicta
post publicationem predictam per omnia obtineant roboris firmitatem. In quorum testimonio
nostras presentes litteras scribi et fieri mandavimus et nostri sigilli appensione muniri. Datum
Parisius die vigesima sexta mensis augusti nona indictione Pontificatus sanctissimi
in Christo patris et domini nostri domini Gregorii divina providentia pape XI anno primo
Bictura.

Publicatio dictorum statutorum. Rubrica

Que statuta seu quod volumen statutorum publicatum fuit in civitate Eugubii
in contrata sancti Iuliani in sala inferiori palatii novi communis Eugubii habitationis domini
vicarii dicte civitatis publice audientie dicti domini vicarii et communis Eugubii cum palatio
undique sint vie et res dicti communis. Sub anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo. Indictione nona tempore domini Gregorii pape undecimi die duo
decima mensis Septembris. Presentibus nobilibus et prudentibus viris Francischo [illegible]
Gonfalonerio iustitie dicte civitatis, Vecto Iannis Iohanne Mathei Angelo Nicolelli Ser
Martio Ser Cecche Mariotto Bartholomei Francischo domini et Petruchello [illegible]
[illegible] consulibus dicte civitatis. Iacobo Conventini de [illegible] dicte civitatis
Ser Alcorsino fratre Nicolai Ser Dominici Mariano [illegible] Venturelle de Eugubio
domino Merlino de Interamne iudice et collaterali dicti domini Petri vicarii et Ser [illegible]
[illegible] de Eugubio testibus ad predicta vocatis habitis et rogatis [illegible] notario [illegible]

Et ego Matheus [illegible] notarius publicus et iudex ad predicta statuta et [illegible] deputatus [illegible] publicavi et meo signo signavi.

[illegible] Eugubii [illegible] auctoritate [illegible] ordinarius [illegible] notarius scribendi et officialis [illegible] scribendum et publicandum [illegible] de mandato et auctoritate dicti domini Petri vicarii scripsi.

In noie patris et filii et spiritus sancti amen. Hec sunt quedam statuta ordinamenta et provisiones nec non adictiones
et detractiones derogationes et correptiones statutorum et ordinamentorum comunis et populi Civitatis Eugubii condita firma
ta et approbata per nobiles et potentes viros dominos Gonfalonerium Iustitie et Consules populi dicte Civitatis
Eug. nec non per sapientes viros et providos prudentes infrascriptos ex auctoritate et bavlia eis concessa super hoc
per generale Consilium populi Capitaneorum artium Consilium Camerariorum et Centum maioris firme Civitatis predicte
Quorum dominorum Gonfalonerii et Consulum Ac etiam prudentium hic nomina denotantur.

Ser Matheus Grasce Gonfalonerius Petrutius Dominica	quar. sancti M.	Dominus Pinus Gaute Magister Paulus Cioci	quar. sancti Iuliani
Andreas Putii Nicolutii Tomas Vagnocci	quar. sancti P.	Dominus Iacobus Andrioli Dominus Bindus Ceccoli	quar. sancti Mart.
Petrutius Andrucioli Bensius Ceccholi	quar. sancti And.	Dominus Baldinarius domini V[illegible] Ser Iacobus Ser Luce	quar. sancti Petri
Paulus Angeli et Petrutius Biolini	quar. sancti Iul. Consul.	Dominus Francischus Ser Cor[illegible] Ser Bartolus Bigetti	quar. sancti And. prudentes

Baldutius Angelutii de quarterio sancti Petri prior artium.

De causis appellationum et Nullitatum.

Ut quisque qui gravabitur imposterum in causis Civilibus et Criminalibus per potestatem vel alios officiales comunis
Eugubii remedium exgravationis inveniat presenti statuto decernimus quod in Civitate Eugubii sit Iudex
appellationum et Nullitatum. Cum in causis appellationum et Nullitatum procedat et eas terminet modo et ordine
infrascripto decernentes quod quicumque qui fuerit gravatus per diffinitivam sententiam in causis civilibus appellare possit
ad Capitaneum populi dicte Civitatis Eug. vel Iudicem appellationum comunis Eug. in casu in quo Capitaneus
populi non esset in dicta Civitate quod officium appellationum et nullitatum causarum civilium et criminalium cum
Capitaneus erit in dicta Civitate devolvatur ad dictum Capitaneum et eius curiam secundum formam presentis legis et non ad
alium iudicem vel offitialem comunis Eug. Et dictus curia appellationis Iudex qui de ea cognitionem habebit teneatur termi
nare infra tres menses a die appellationis interposite computandos diebus feriatis non obstantibus Et si causa
appellationis predicta non fuerit terminata infra dictum terminum in suo robore permaneat sententia a qua extiterit
appellatum Et contra condempnatum realiter et personaliter executioni mandetur. Si vero in causa civili aliquis alius quam per
sententiam diffinitivam gravaretur possit appellare ad dictum dominum Capitaneum vel Iudicem appellationum predictum et in omnibus et per
omnia procedatur ut supra est expressum Salvo quod in causa appellationis ab interlocutoria exceptionis et
sine alia probatione debeat terminari infra decem dies a die appellationis interposite computandos Et si termi
nata non fuerit infra dictum terminum remaneat in suo robore / Ante vero litem contestatam in Civilibus processi
bus vel ante quam appareat in causa procedi ad dationem termini ad probandum in causis ubi per formam Iuris vel
Statutorum seu ordinamentorum comunis Eug. lis contestari non debet nullus audiatur appellans Set de gravamine
illato recensere possit in appellatione quando fieri contingerit a diffinitiva sententia Et quod dictum est de gravamin
nibus inferendis ab offitialibus comunis Eug. et de recursu habendo ad dictos dominum Capitaneum et Iudicem appellationum Idem
intelligatur in gravaminibus inferendis in causis Civilibus per potestates et Capitaneos castrorum comitatus et districtus
Eug. si aliquem in causis civilibus gravaret Si vero aliquis diceret post decursa dicta tempora infra que ter
minari debent dicte cause appellationis sententiam a qua appellatum est esse nullam ex aliqua causa non differatur nec
impediatur propter hoc executio ipsius Set si acciderit dictum condempnatum obtinere sententiam nullitatis executio
predicta revocetur cum effectu ita quod omnia restituantur in eo statu in quo erant ante executionem factam sine aliquo
[illegible] Que causa nullitatis terminetur et finiatur infra dictum tempus modo et forma predictis liceat tamen
appellanti si voluerit in uno et eodem iuditio intentare causam nullitatis et iniquitatis Quas causas appel
lationum et nullitatum Iudex qui super hoc cognitionem habebit teneatur et debeat terminare et finire ista
tempora summarie summarie de plano sine strepitu et figura iuditii diebus feriatis non obstantibus Et si p
[illegible] steterit instante actore vel reo condempnetur in quinquaginta libris Ravennatensium et [illegible] adextimant [illegible]
et [illegible] teneantur inter qualibet causa [illegible] Credentes quod ille qui appellavit ab aliqua
interlocutoria teneatur prosequi dictam causam appellationis coram dicto domino Capitaneo seu Iudice appellationum predicto in tribus
diebus a die interlocutionis late [illegible] diffinitiva non sententia infra decem dies a die late diffinitive sententie computan
dos [illegible] non possit appellari ab aliqua interlocutoria [illegible] vim diffinitive sententie vel que non [illegible]
reparari in appellatione [illegible] sententia Elapsis vero dictis temporibus habeatur pro non appellato Et Iudex
a quo fuerit appellatum possit in causa [illegible] procedere Et [illegible] in quo per presens statutum ab interlocutoria
est permissa appellatio sufficiat [illegible] Iudice [illegible] appellationis fiat appellatio [illegible] etiam causa
gravaminis non expressa [illegible] causam [illegible] appellationis inscriptis vel verbis [illegible] exprimere teneantur
Nec [illegible] appellatio propter appellos non petitos vel si fuerint [illegible] Et sine [illegible] sufficit inscriptis

ab interlocutoria extiterit appellatum in causis in quibus licet permittitur a presenti lege et licitum appellare ipsa
appellatione pendente iudicis a quo appellatum extiterit offitium conquiescat etiam non interveniente inhibitione iudicis
appellationis. Et finita appellationis causa per sententiam iudicis appellationis vel per lapsum temporis in hac lege prefixi iudex
appellationis causam remictat ad iudicem prime cause. Sive iudex prime cause appellationi detulerit sive non
Qui iudex prime cause appellate finita per sententiam vel per temporis lapsum possit in causa principali procedere et
sententiam tamen latam per iudicem appellationum teneatur observare et secundum eam procedere et terminare quo ad id
super quo extitit appellatum. Nec sententia iudicis appellationum lata super appellatione ab interlocutoria appellari possit
vel haberi recursus. Debeatque et mandat dictis dominis capitaneis aut iudex appellationum predictis omnes gravatos non
citatos seu excusandos in condempnationibus fiendis per potestates vel quoscumque officiales dicti communis. Aut per
potestates sive capitaneum castrorum comitatus et districtus Eug(ubii) preter quam per syndicum dicti communis in causis criminalibus exgra-
vare et ad viam iustitie et rationis reducere secundum formam iuris et statutorum et ordinamentorum dicte civitatis. videlicet illos
condempnatos qui venerint et petierint se exgravari coram dicto domino capitaneo vel iudice appellationum predicto infra quintum
diem a die condempnationis de ipso facte et ulterius non audiatur. Et si dictus capitaneus vel iudex appellationum aliquem audiret
post dictam formam condempnetur in centum libris denariorum et quicquid fieret per ipsum in ipsa causa non valeat ullo modo. Et
ipsas causas appellationum et gravaminum terminare debeat excusatis actis et nullas probationes possit de novo
recipere super dicta causa gravaminis et si receperit non valeat ullo modo. Et ipsam causam gravaminis expe-
diat infra viginti dies a die petite exgravationis. Et exgravationes et sententias quaslibet super causis gra-
vaminum legi faciat et mictat in consilio populi dicte civitatis. Si autem dictus dominus capitaneus vel iudex appellationum
dictas sententias non miserit infra viginti dies post sententiam ipse sententie condempnationis remaneant firme et exigan-
tur ab officialibus communis Eug(ubii). Et depositum factum pro ipsa condempnatione ponatur et mictatur ad introitum dicti
communis per camerarium communis Eug(ubii) ac si sententia esset expresse confirmata. Et in casu quo dictus dominus capitaneus vel iudex
predictus causam gravaminis per sententiam diffinitivam non expediret infra viginti dies ut dictum est condempnetur
in centum libris denariorum et condempnationem ipso facto incidat. Alios non gravatos ante sententiam per quoscumque officiales
dicti communis vel castrorum comitatus et districtus Eug(ubii) preter quam per syndicum dicti communis audiat et de gravamine cognoscat et
ipsam causam gravaminis expediat infra quindecim dies a die petite exgravationis dummodo sit petitum infra terciam
diem a die gravaminis illati. Et faciat dictus dominus capitaneus vel iudex predictus officialem gravantem coram se venire
cum actis et scripturis. Et si talis officialis gravans non venerit ad mandatum dicti domini capitanei vel iudicis
appellationum gravamen illatum predictus dominus capitaneus vel iudex predictus condempnet dictum talem officialem inobedientem in
vigintiquinque libris denariorum. Et non valeat quicquid fieret per dictum officialem gravantem contra appellantes vel petitiones
gravaminis. Et officialis gravans non possit nec debeat procedere contra talem gravatum in causa super qua
diceret se gravatum et si contrafecerit non valeat ullo modo. Quos exgravatos in dictis causis [illegible]
appellantes seu dicentes se gravatos dictus dominus capitaneus vel iudex appellationum predictus non audiat super petitione
exgravationis seu appellationis nisi primo facto deposito vel [illegible] steterit imbursella secundum formam statuti communis Eug(ubii).
Et in predictis causis omnibus [illegible] victus victori semper condempnetur in expensis. Derogantes totaliter
statutis et ordinamentis loquentibus de assessore dando seu petitione consilii sapientis dandis in causis quibuslibet
que exinde haberi voluerint penitus contrariis ante presentis legis. Et non debeant observari per aliquem officialem
communis Eug(ubii) ad penam centum librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice quo contrafecerit. Victus vero in prima
causa qui habuit sententiam diffinitivam contra se si appellaverit et in causa appellationis succubuerit non possit
ulterius appellare sed sententia firma maneat. Et predicta intelligantur de interlocutoriis quod non possit nisi semel
appellari super eo super quo fuit appellatum. Statuta vero et ordinamenta loquentia de contradictione laudorum
et petitione reductionis ad arbitrium boni viri remaneant firma et servari debeant prout iacent. Salvo
quod iudex qui de eis cognoscet teneatur dictas causas contradictionis et petitionis reductionis ad arbitrium boni
viri terminare et finire secundum formam statuti communis Eug(ubii) sine consilio alicuius sapientis aliquo statuto vel or-
dinamento in contrarium loquentibus non obstantibus quibus in hac parte derogamus. Et quo ad offitium capitanei populi
statutum dicte civitatis quod loquitur de dicto capitaneo et eius offitio in certis affirmamus et approbamus
decernentes statutum ipsum inviolabiliter observari. Statuentes etiam quod dictus dominus capitaneus populi qui erit in
civitate predicta possit et debeat procedere per accusationem et inquisitionem etiam nullo alio promovente contra omnes
et singulos qui turbaverint seu turbare attemptaverint statum popularem dicte civitatis et contra seditio-
sos et qui aliquo tempore a die [illegible] mensis decembris proxime preteriti citra scandalum seu turbationem
posuerint seu ponere attemptaverint aliquo tempore in civitate predicta et repertos culpabiles punire et condem-
pnare non obstantibus aliquo statuto ordinamento vel reformatione in contrarium loquentibus cui seu quibus sit et esse intelliga-
tur per presentem provisionem totaliter et specialiter derogatum ac si de ipsis in presenti lege mentio specialis
Statuentes ordinamus quod capitaneus populi sive iudex appellationum **De offitio offitialis plani**
communis Eug(ubii) teneatur et debeat unum ex offitialibus suis nominum expressum eius ad minus [illegible]

Appell. in fine [illegible]

cum uno equo et duobus famulis deputare ad offitium dapnorum datorum per planum Ciuitatis Eugubii. Qui
notarius suum officialis teneantur et debeant in cauallo ire qualibet die extra Ciuitatem Eugubii et firmari et in
uestigare pro dapnum dantibus personaliter uel cum bestiis in possessionibus dicti plani existentibus in hiis
confinibus uidelicet a porta burgi usque ad flumen sancti donati et a strata infra trahendo deorsum prout dictum
flumen protendit usque ad flumen sabiunde uersus Ciuitatem Eugubii et trahendo ultra prout protendit
dictum flumen sabiunde et uersus dictam Ciuitatem usque ad flumen sancti martii prout dictum flumen protendit
ad dictum sabiundam infra prout protendit dictum flumen sancti martii usque ad sumitates montis bagi
late et aliis confinibus et quolibet eorum infra usque ad muros Ciuitatis. Possit etiam et debeat dictus offitialis
de licentia et scientia dicti domini Capitanei uel iudicis appellationum eligere de hiis qui habitant infra dictos confines custo
des secretos prout uiderint et cognouerit expedire. Qui custodes teneantur iurare in manibus dicti
Capitanei uel iudicis predicti eorum offitium bene et legaliter facere. Qui custodes secreti debeant referre coram
eo per iuramentum omnia dapna data in possessionibus positis et situatis infra dictos confines personaliter uel cum bestiis.
Et eorum relatione et extima inuenta possit et debeat dictus offitialis dapnum dantes personaliter uel cum bestiis de
facto punire et tollere nomine pene infrascriptas penas. Videlicet si dapnum datum fuerit personaliter in uinea orto uel ca
neto et clausis laboratiuis soluat solidos uiginti denariorum. In terreno uero laboratiuo uel bladato seu
prato soluat decem et in muro uel sepali solidos uiginti. Si uero dapnum datum fuerit per animalia possit
teneatur et debeat dictus notarius seu offitialis dapnorum datorum cogere dominos uel possessores animalium dapnum
dantium ad soluendum nomine pene quantitates declaratas in statuto dapnorum datorum dicte Ciuitatis posito sub
rubrica quarta libri dapnorum datorum de pena animalium dapnum dantium quod incipit Firmamus statuentes
quod si bouis alicuius etc. Declarantes insuper quod dominus dictorum animalium possit et liceat ut euitet penam dicti statuti
animal quod contigerit dapnum dare patienti dapnum dimittere seu dare pro noxa et sic penam euitet.
Saluo quod hoc non intelligatur de eo de quo statutum in capitulo. Quas penas dictus offitialis deuenire faciat ad manus came
rarii comunis Eugubii per apodixam ipsius camerarii dicti notarii continentem cum quantitate dapni dati et nomen
domini uel possessoris rei in qua dapnum datum fuerit et predicta dapna non possit ullo modo. Et predicta
locum non habeant contra aliquem qui sit de familia uel sinentibus domini possessoris seu detentoris rei
in qua dapnum datum fuerit et alios qui de licentia domini possessoris seu detentoris rei predicte ad
dictas possessiones accesserint. Et ad probandum quod sit famulus seu famula uel sinens uel de fami
lia stetur et credatur in iure ipsorum famulorum et famularum uel sinentium. Et similiter si inuentus reptus fuerit de
iurasse uel puniuisse puniatur per potestatem comunis Eugubii dapnum in decem libris denariorum et nichilominus
condempnetur per dictum offitialem de dapno dato secundum formam supradictam. Et si probatum dictus famulus seu famula
uel sinens deiurasse dominus rei uel possessor in qua dapnum datum fuerit negetur dictum iuramentum fuisse
eius famulum uel famulam seu sinentem tunc dapnum dati que per sapiens sit sufficiens quantum ad eam
dapnationem predictam. Nisi ipse uerus probauerit se fuisse famulum famulam uel sinentem tunc dapnum
dati predicti de licentia non alio reptor dapnum dare uel dapnum dedisse in bonis [illegible] probare
stetur et credatur iure domini possessoris uel detentoris rei in qua dapnum datum fuerit. Possitque et
habeat sit dictus offitialis per suam inuentionem [illegible] et firmari extra confines predictos per dap
num dantibus personaliter uel cum bestiis et reptos culpabiles punire et condempnare secundum formam supra [illegible] nomi
natum domino uel possessore rei in qua dapnum datum fuerit extra dictos confines prius requisito [illegible]
uel alio modo infra dictos confines de dapnis datis se intromittere non ualeat ullo modo. Possit
tamen dominus uel possessor rei in qua dapnum datum fuerit eligere cum uelit et facere [illegible] punitionem
dicti offitialis cum uelit quod de dicto dapno dato [illegible] procedat ad denuntiationem quam [illegible]
seu quam [illegible] cum non procedat qua facere noluerit [illegible] dicti dapnum dantes de dapno dato
predicto. Et [illegible] seu processus per alias tollatur. Et [illegible] et singulis casibus in quibus
dictus offitialis per formam dicti ordinamenti habeat de dapno dato procedere et punire possit et debeat
dapnum dantes cogere ad satisfaciendum dapnum passo de dapno dato secundum formam statuti
dicte Ciuitatis de hac materia loquentium. Addentes quod de dapnis datis in dictis confinibus dicto
offitiali de [illegible] suo offitio uigente in Ciuitate Eugubii [illegible] uillarum [illegible] possessiones
in dictis confinibus sint posite non cogantur nec cogi possint per aliquem offitialem comunis Eugubii ad denuntiandum
seu referendum aliqua dapna data in dictis confinibus. Nec eius [illegible] sit ea denuntiatione [illegible]
denuntiacione non ualeat ullo modo non obstantibus aliquibus statutis uel ordinamentis comunis loquentibus
que per presens ordinamentum uolumus fore totaliter derogatum. Alia uero statuta [illegible]
comunis dispositione super dapnis datis [illegible] predictis et infrascriptis non [illegible]
in [illegible] obtinere uolumus plenam roboris firmitatem.

Item providentes statuimus quod dominus potestas officialis teneatur et debeat omnes et singulos homines et personas quos et quas invenerit apportantes uvas vel olivas acerbas amidulas pira ficus persica caules olera vel fabas vel aliquid predictorum punire de facto in viginti solidis denariorum pro qualibet vice et quolibet contrafaciente. Possit tamen quilibet de sua possessione et quilibet alius de sua familia et laborator et ipsius laboratoris familia quolibet tempore apportare sine pena tres grappos uvarum agrestarum vel maturarum et non ultra et olera caules et fabas amidolas et alios quoscumque fructus deferre pro libito voluntatis. Si vero ultra tres grappos uvarum aliquis apportaverit et apportare inventus fuerit puniatur per dictum officialem in quinque solidis denariorum pro qualibet vice et quolibet grappo ultra dictos tres grappos. Possit etiam tam civis quam comitatinus civitatis Eugubii et etiam quilibet de possessione et vinea alterius quolibet tempore sine aliqua pena tres grappos uvarum et non ultra et sine licentia dicti officialis et caules fabas et alios quoscumque fructus deferre cum licentia seu conscientia vel voluntate domini cuius fuerit possessio seu possessoris vel detentoris possessionis de qua conscientia et voluntate stetur et credatur iuramento domini vel detentoris possessionis vel rei quod iuramentum fieri possit coram dicto officiali. Et si ultra tres grappos uvarum sine expressa licentia dicti notarii seu officialis apportaret seu deferret etiam cum voluntate domini possessoris seu detentoris rei vel laboratoris puniatur deferens per dictum officialem suum notarium ut supra dictum est in quinque solidis denariorum pro quolibet grappo ultra dictos tres grappos. Hoc tamen addito quod tempore vindemiarum liceat et licitum sit cuilibet domino possessori vel detentori rei et laboratori per se et alios deferre et deferri facere absque pena et sine licentia alicuius officialis uvas prout sibi videbitur et placuerit. Olivas vero acerbas vel immaturas deferre possit quilibet de sua possessione per se vel alios cum licentia officialis et expressa voluntate domini possessoris vel detentoris rei in qua fuerint collecte et non aliter. Et si preter voluntatem domini vel possessoris seu detentoris predicti accepte fuerint pena predicta puniatur per officialem supradictum. Et cum caules olera alea lattuce et huiusmodi similia sint cotidie necessaria Civitati et satis esse dicuntur ea portantibus per dictum notarium seu officialem impediri ad hoc ut predictorum apportatio omnium non recipiat impedimentum. Pro certa predicta prohibitio seu permissio dicti officialis seu notarii bone providentie et discretioni relinquatur. Volumus etiam providentes quod nullus portans vel deferens predicta seu aliquid predictorum exceptis uvis et olivis publice et palam in salma cista vel canestro non possit nec debeat per dictum officialem seu eius familiam vel alium suum nuntium impediri vel molestari seu modo aliquo perturbari. Sed tamen talis deferens vel apportans inceptus fuerit dampnum dedisse seu res per eum apportate de possessione alterius preter voluntatem domini ablate fuisse puniatur pena supradicta secundum formam dicte ordinationis totius.

Item statuimus et ordinamus quod dominus potestas noster suum officialem teneatur et debeat sub vinculo iuramenti et ad penam xxv librarum denariorum stratas et vias publicas et fontes communis et flumen sabunde et alia fossata inter dictas stratas et vias posita in dictos confines planum existentes et existentia actare scarcare et remoliri facere saltem semel in anno congruis temporibus temporibus expensis adiacentium videlicet illorum qui habent possessiones iuxta dictas stratas vias publicas et fossata. Et intelligantur adiacentes quo ad dictum flumen sabunde illi qui habent possessiones iuxta vel prope dictum sabundam ab utraque parte per vigintiquinque perticas ad perticam communis. Possitque dominus officialis pro suo offitio exercendo certa congrua imponere capitulo inobedientes punire et multare usque in quantitatem xx solidorum denariorum pro qualibet inobediente et qualibet vice et penas quas exegerit deveniri faciat ad manus camerarii communis Eugubii per apodixam prout de penis dispensatorum superius est expressum.

Adictio facta super statuto posito sub rubrica iij de electione et offitio et iudicibus domini potestatis Civitatis Eugubii. iiij

Providimus statuentes quod si quo tempore contingerit offitium Capitanei populi Civitatis Eugubii vacare vel non exerceri in Civitate predicta quod dominus potestas dicte Civitatis Eugubii dictum Capitanei offitium exerceat et exequi teneatur et debeat secundum formam statutorum dicte Civitatis de dicto offitio loquentium excepto offitio appellationum in quo idem potestas et sua curia non possit vel debeant se intromictere nec de appellationibus cognoscere ullo modo.

Adictio et Correptio statuti positi sub rubrica xxvj de electione novorum officialium et quod iudices minores et notarii bancharum non faciant avocationem vel procurationem.

Item statutum disponens de electione novorum officialium et quod iudices minores et notarii banche non faciant avocationes vel procurationes corrigentes statuimus et ordinamus quod offitium iudicum minorum de quo fit mentio in dicto statuto evanescat et sit et esse intelligatur auctoritate presentis legis sublatum. Et quod futurus novus potestas qui eligi contigerit post potestatem nunc electum teneatur et debeat pro suo offitio exercendo ducere et tenere et secum habere tres bonos et expertos iudices unum videlicet ad maleficia et alios duos ad causas civiles deputandos quorum duorum iudicum ad civilia deputandorum unus sit et esse intelligatur collateralis dicti domini potestatis. Et idem successive in aliis successoribus in dicto potestarie offitio ordo servetur de aliis vero officialibus et familiaribus dicti domini potestatis et eius solito salario stetur et remaneat

in arbitrio et provisione Consilii populi dicte Civitatis Eugubii et quod domini Gonfalonerii Iustitie et Consules
populi dicte Civitatis primis duobus mensibus regiminis cuiuslibet potestatis teneantur et debeant propositam facere
in Consilio populi dicte Civitatis pro novi potestatis electione et eius salario sub vinculo iuramenti et ad penam Centum
librarum pro quolibet si contrafecerit. Que iurare debeant in principio eorum offitii et super predictis legi iurisdictionem per
notarium reformationum dicte Civitatis inter cetera super quibus consueverunt per dominos Gonfalonerios et Consules iurari prestari
Volumus etiam ordinantes quod dicti domini Gonfalonerii et Consules infra tres menses post initium offitii potestatis
teneantur et debeant sub vinculo iuramenti et ad penam predictam in Consilio populi propositam facere de novo capitaneo populi eligendo
et secundum deliberationem dicti consilii fiat et imposterum observetur. Electionem vero Capitanei Castri pilii Castri sancti benedicti
montis becius pasalupi montis episcopi et Campinegi in dicto statuto provisam et ipsius electionis provisionem
suspendimus et remanere volumus in suspenso donec per novam legem statutariam vel per Consilium populi fuerit unum
aliter vel particulariter aliter provisum vel ordinatum. Circa offitium octo notariorum banche eligendorum per formam
dicti statuti providimus statuentes quod ipsorum notariorum electio fiat et fieri debeat in generali arengo seu congregatione
Civium dicte Civitatis mandato novi potestatis in dicti nomine ad sonum Campane et voce preconum precedentibus publice
bandimentis In pallatio communis Eugubii habitationis dominorum Consulum congregato Quorum notariorum deputatio fiat et fieri
debeat hoc modo videlicet quod ipsorum notariorum electorum nomina postquam acceptaverint et de exercendo offitium legaliter secundum formam
statuti dicte Civitatis prestiterint iuramentum mictantur in Capello in quo singulorum dictorum notariorum nomina in cedulis paribus
et rotundis plicatis sint descripta et per unum puerum etatis octo vel x annorum trahatur primo una cedula
postea alia Qui duo notarii quorum nomina fuerint primo extracta sint et esse intelligantur deputati ad scribendum
acta appellationum causarum Civilium et sindicatus offitium dicte Civitatis ad civiles causas offitium scribendum
solummodo deputati. Ad criminales vero causas seu de actis offitium causarum criminalium se nullatenus intromictant
ad penam Centum librarum pro quolibet et vice qualibet qua fuerit contrafactum. Quorum notariorum offitium duret per
sex menses et non ultra qui sex menses initium sumant in die initii offitii dicti domini Capitanei dicte Civitatis
vel iudicis appellationum qui pro tempore fuerit in Civitate Eugubii Et si contigerit in dicta Civitate Eugubii esse Capitaneum
populi quod totum dictum offitium tam Civilium causarum quam criminalium ad dicti domini Capitanei offitium et eius iudices
et curiam devolvatur et ipso domino Capitaneo et eius offitio in dicta Civitate Eugubii existente Nullus alius Iudex
offitium vel offitialis habeat vel assumat. Alii vero sex notarii de dicto numero octo notariorum sint et esse intelligantur
ad causas Civiles deputati in Curia domini potestatis Civitatis predicte et eorum nomina de dicto Capello singulariter extra
hantur utrisque Et qui primo fuerit extractus de dicto Capello teneat primum locum qui secundo secundum locum habeat qui tertio
tertium locum acquirat et sic per ordinem usque ad sextum prout extracti fuerint. Possint tamen dicti notarii inter se dictum
locum cambire et permutare et unus alteri ex eis concedere pro libito voluntatis Salvis semper capitulis
loquentibus de habilitate dictorum notariorum et maxime in descriptione matricule dicte artis notariorum. Et quod predicti notarii
banche tam causarum civilium quam criminalium quicumque cives dicti communis teneantur et debeant petitiones exceptiones
positiones et Instrumenta mandatorum in causis producendorum et productorum registrare in actis dictorum eorum ordinum Alia vero
Instrumenta que producerentur in causis Civilibus et criminalibus teneantur et debeant sumatim registrare inserendo
manu cuius notarii sint scripta cum millesimo Indictione pontificatu mense et die et de principio dicti instrumenti
et etiam de fine ipsorum Instrumentorum cum subscriptione notarii videlicet de prima linea sui intitulamenti et ultima dictorum Instrumentorum
mentionem facere teneantur sub pena x librarum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice et sub virtute pre
stiti iuramenti Adictio et correptio statuti de molendinariis et eorum observantiis rubrica lxxviii.

P Rovidentes statuimus quod quilibet molendinarius et quelibet alia persona que deferret vel portaret
ad macinandum aliquod genus bladi de Civitate Eugubii teneatur et debeat ipsum bladum facere ponderari
antequam dictum bladum portet vel deferat ad macinandum per offitium communis Eugubii ad pondus grani et farine de
putatis Et illi modo teneatur et debeat facere ponderari farinam dicti bladi facti antequam ipsam farinam portet
ad domum illius cuius fuerit ipsa farina ad penam x librarum pro qualibet vice et quolibet contrafaciente
Et possint dicti molendinarii de blado quod ipsi portaverint ad macinandum accipere pro multura dicti bladi
sex libras dicti bladi pro quolibet centenario ponderis ipsius bladi et ab inde infra pro rata de blado vero
quod aliquis alius preter dictos molendinarios portaverit ad macinandum per se vel alios in eorum someriis medi
etatem dicte multure ipsis molendinariis tantum liceat accipere et non ultra ad dictam penam Et hec non
vendicet sibi locum in molendinis dicte Civitatis nec in aliis qui prope dictam Civitatem per unum miliare
sunt positi quorum molendinorum molendinarii solummodo medietatem dicte multure in quolibet dictorum casuum
possint et eis liceat accipere vel auferre et non ultra ad penam predictam et ad restitutionem eius quod plus acceperit
per offitium communis Eugubii ad petitionem cuiuscumque petentis de facto compellantur. Pondus vero dicti bladi et farine ad portas Civitatis
Eugubii quibus dominis Gonfalonerii et Consulibus videbitur convenire actum debeat et allocari Infra tamen secundum modum
consuetum dicti bladi et farine debeat ponderari prout superius est expressum.

Adiectio et correctio facta super omnibus statutis et ordinamentis communis Eugubii loquentibus infra quantum tempus cause civiles debeant terminari. vij

Ut finis litibus imponatur et partes laboribus et expensis relevantur, statuimus et ordinamus quod quelibet causa civilis finiatur et terminetur infra tempus quatuor mensium a die primi termini dati ad probandum in causa incohanda, et quod iudices potestatis et quilibet alius iudex vel officialis civitatis comitatus et districtus Eugubii ad primas causas civiles deputati teneantur et debeant vinculo iuramenti et ad penam quinquaginta librarum pro qualibet qua fuerit contrafactum ipsas causas civiles finire et terminare infra tempus predictum, de quo tempore eorum sindicatus debeant specialiter sindicari, eorumque sententias et processus teneri volumus prout de actibus criminalibus est expressum. Et predicta intelligantur actore vel reo adsistentibus in causa et petentibus expeditionem cause. Si vero aliqua causa devenerit ad examen successoris vel alterius iudicis coram quo non fuerit initiatum iudicium, de causa successor ipse habeat tempus quod superat predecessori qui illam dum tempus habeat duos menses ad expediendum causam predictam, quam si non expedierit infra dictum tempus incurrat penam predictam. In causis vero presentibus et pendentibus teneatur iudex qui de eis cognitionem habebit ipsas expedire et finiare infra tres menses a die quo petitum fuerit per actorem vel reum ad supradictam penam. Et si steterit per actorem quod causa non finiatur infra tempus supradictum, statim dicto termino elapso sit et esse intelligatur ipso iure perempta instantia ipsius cause non tamen ipsa causa seu negotium principale. Non tamen possit actor reincohare novum iudicium seu instantiam ipsius cause nisi primo reo reficiat expensas legiptimas quas reus fecerit in dicta causa instantia iam perempta. Que expense debeant taxari per iudicem coram quo actor voluerit iudicium reincohare ad petitionem actoris et dicta taxatione facta ut nova procedat instantia vel iudicium sufficiat reparare expensas depositio vel consignatio facta penes eum quem iudex declaraverit reo presente vel citato quod veniat ad videndum depositionem vel consignationem predictam quas expensas iudex cause faciat refici et restitui ad petitionem petentis. **Adiectio et correctio legis Ubaldine et aliorum statutorum et ordinamentorum de citationibus et positionibus loquentium.** viij

